



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Eusebiu Tu Pamphilu Ekklesiastikē Istoría**

**Eusebius <Caesariensis>**

**Mogvntiae, 1672**

XVII. De affectu & amore Constantii erga Christum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14478**

illorum quidem timiditatem ac nimium sui ipsorum amorem condemnavit: hos vero ob devotam divino Numini conscientiam magnopere probavit. Ac deinde illos quidem tanquam Dei proditores, ne Principis quidem obsequio dignos iudicavit. Nam quomodo, inquit, fidem erga Principem suum servaturi sunt, qui erga Deum perfidi esseprehenduntur? Itaque eiusmodi viros a regibus adibus procul ablegandos esse censuit. Illos vero quos Deo dignos esse veritatis ipsius testimonio constaret, eodem erga Principem animo futuros esse affirmans, Protectores atque Imperii ipsius custodes constituit: eiusmodi homines inter precipuos amicorum & maxime necessarios habendos esse dicens, multo quae pluris aestimandos quam maximarum opum thesauros.

## CAPUT XVII.

*De affectu & amore ejusdem Constantii erga Christum.*

**H**uiusmodi fuit Constantini pater, sicut a nobis breviter indicatum est. Qualis autem exitus vitae illi contigerit, cum se talem erga Deum praestitisset, quantumque discrimen inter illum & reliquos Imperii consortes is quem coluerat Deus esse voluerit, quisquis rem ipsam attentius expendit, facile cognoscet. Postquam enim multa regiae virtutis indicia diutissime praebuisset, unum quidem summum omnium Deum agnoscens, eorum vero qui plures Deos colerent impietatem condemnans, & sanctorum hominum precationibus domum suam undique munivisset, reliquum deinceps vitae tempus expedite ac tranquille summa cum gloria exegisse dicitur: compos ejus felicitatis quam vulgo perhibent in eo positam esse, ut neque ab aliis afficiamur, neque alios ipsi afficiamus molestia. Ad hunc igitur modum toto Imperii sui tempore, quod aequabile perpetuo ac placidum fuit, universam familiam, conjugem scilicet ac liberos cum omnibus ministris, uni omnium Regi Deo consecravit. Adeo ut multitudo eorum qui in ipsius palatio simul versabantur, nulla re ab Ecclesia Dei differret. Inter quos erant etiam ministri Dei, qui continuis precationibus pro salute Principis Deum venerabantur: cum tamen vulgo apud alios ne ipsum quidem Dei cultorum nomen proferre fas esset.

**A** τεγίνωσκε. τὰς δὲ πρὸς τὸν Θεὸν σωτηρίας, δὲ μάλα ἀπεδέχετο. καπέπια τὰς ὡς ἀν' Θεῶν παροδύτας, μὴ δὲ βασιλείας ἀξίους ἀπέφανε πῶς γὰρ ἀν' ποτε βασιλείᾳ ἐν φυλάξαι, τὰς ἀεὶ τὸ κρείττον ἀλάντοις γνώμονας. διὸ καὶ βασιλικῶν οἰκῶν μακρὰ ἐλαυνέας δὲ ἐν τέταρτος ὀνομοβέται τὰς ἀληθείας μαρτυρηθέντας Θεῶ ἀξίους, οὐκ ἔπει βασιλεῖα εἰπὼν ἔσεας, σωματωδίας καὶ ἐν τῆς βασιλείας φρενὲς κατετακτοῦ. **B** ἐν πρώτοις καὶ ἀναγκαίους φίλων τε καὶ ἀγαθῶν χεῖρα φήσας τὰς τοιαύτας δὲ ἐν ἀεὶ πεινῶν μάλλον αὐτὰς ἢ μεγάλων ταμεία ἰπποκρίτων ἀπολλεῖ πμάαδς.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΖ.

*Περὶ τῆς φιλοχρίστου αὐτῆς προαιρέσεως.*

**A**λλ' οἱ Θεοὶ μὲν ὁ Κωνσταντῆς πάτερ ἀμυνείεμαι, ὡς ἐν βραχεσὶ δεδηλωμένον δὲ ἀπὸ τοιαύτου ἀεὶ τὸν Θεὸν δοκῶν ἐνὶ παρηκολέθησε τέλος, καὶ ἐν πόσει τὴν ἀλάθειαν αὐτῆς τε καὶ τῶν κοινῶν τῆ βασιλείας πρὸς αὐτὴν ἱμνηθεῖς. Θεὸς ἔδειξε, μάλλον ἢ τῆ τῶν πραγμάτων τὸν νῦν Ἰησοῦς φησὶ ἐπειδὴ γὰρ βασιλικῆς ἀρετῆς δοκίμῳ μακρὰ δέδωκε χρόνον, μόνον μὲν Θεόν τὸν ὄντα τῶν εἰδῶς, τὸ δὲ τῶν ἀθέων κατεγνωκῆς τοῦ Θεῖας, ἐν χαίρει ἀγίων ἀνδρῶν τὸν αὐτὸν φράξαι οἶκον, εὐσεβῆ τὸ λοιπὸν καὶ ἀποχρον τὴ ζωῆς διαπρέψαι. οἷον αὐτὸ τὸ δὲ καλεῖον εἶναι φασὶ, τὸ μὴ τε πράγματι ἢ μὴτε ἄλλω παρέχειν. ἐπὶ δὲ τῆ τοῦ πατρὸς βασιλείας χρόνον εὐσεβῆ καὶ γαλήνην ἀποπαισι καὶ γαμήνη σὺν οἰκείων ἡγεαπεία, ταῦτα τὸν αὐτὸν οἶκον ἐν τῷ βασιλεί Θεῷ καὶ φρε. ὡς μὴ δὲ ἐν ἀποδὲν ἐκκλησίας Θεῶ, τῶν δὲ ἐν αὐτοῖς βασιλείοις συκροῦνται πληθύν ἢ συνῆσαν καὶ λειτουργοὶ Θεῶ, ὑπὲρ βασιλείας διωκεῖς ἐξετέλει ἡγεαπείας, ὅτε ἀπὸ τοῖς πολλοῖς ἐδὲ μέγα ἰσχυρῆμα τὸ τῶν θεοσεβῶν χεῖρα πεινῶν χωρεῖτο γρηῶ.